Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

Sul. 5. Sal. 2 Mer. 5 } part.

Odor gratus vnde?

Herba.

☉ 5 ¼ ♂ 1 ☽ 5 ¾ } par.

Semen.

☉ 5 ♂ 2 ☽ 5 } par.

Virtus Plantæ. Rarefacere. Aperire. Expellere.

CONSTELLATIO.

Radix fodienda

♂ ☉ ☽ in ortu ♋ 1. □

Herba metenda.

☉ ♂ ☽ in ♌ occi. ♈

QVALITAS.

Calor, humidum terreſtre vehementius exurens auget amaritiē, ſiccitatem, robur & celeritatem virtutis: necnon ſalſedinem quoque.

Pinguedo & dulcedo iucunditate & ſalubritate principatum tenent.

Semen carpendum.

♂ in ♉

Mars in Tauro frigiditatem & ſiccitatem efficit.

PRODVCTa Pharmaceutica. Ἀποφλίγμα, Sal & Oleigo.

Radix habet?

☉ 5 ¾ ♂ 1 ☽ 5 ¼ } part.

caulis primarij, rarò in Adnatorum: eademq; agminatim prorſus conglobata, et (veluti Panacis cuius hiſtoria Capite tertio pertractata fuit) foliacea, colore cinericea, odore acuta, guſtu amariuſcula, & ſiliquis præter hæc (ſcutula ſiue patinas duas, aduerſis cauis inuicē fornicatim cōmiſſas referentibus) incluſa. AD QVALITATES quod attinet: Vt planta integra minus caloris quam priores, ita radix quoq; eiuſdem & ſemen, guſtu minus amarulentiæ produnt. Hoc enim deprehenditur, non ſolum in Planta præſenti, verum etiam ſubſtantijs omnibus alijs: Quo materia terreſtris fuerit aduſtior, eo magis amaritiem eius intendi: atque ideo & ſiccitatem potentiorem, & virtutem efficaciæ celeriorē, necnon robuſtiorem reddi: Sicut ab eadem cauſa, ſalſedo mordacior, atq; ideo ingratior, nec non conſolidationi quā dulcedo & pinguedo (cuius vſus in quouis caſu omnium gratiſſimus eſt, ſaluberrimus, & vtiliſſimus) ineptior euadit. Hac ergo ratione, Radix qualitati Solari acceptas refert partes quinque cum tribus quartis, Marti vnam cum quarta vna, Lunæ quinq. Quo argumento, ea Sulphuris partibus quinq, duabus Salis, & quinque Mercurij conſtat: membriſq; reliquis, bonitate & iucunditate odoris (cum temperamentum quodlibet proportione qualitatum æquabili conſtitutum, humiditatem aëream in Sēſoria grata temperie exhalantem præſtet) antecellit. Herba qualitatis Solaris poſſidet partes quinq; cum vna quarta, Martialis vnam, Lunaris quinq; cū trib⁹ quartis. Semē è Sole obtinet partes quinq;, è Marte duas, è Luna quinque. Natura ergo plātæ totius eſt, rareſacere, aperire, & expellere. PORRO cū in eadē humiditas calorem naturalē vincat, ideoq; operatio viriū mitior exiſtat: Radix itaq; Marte in ortu, Sole in Cancro, & Luna in prima Quadra (cū hi Plātas eiuſmodi tempore, qualitate calida & ſicca imbuant) meritò fodietur. Herba vero & flores (cum humido copioſiore quam radix abundent, ideoq; et min⁹ caloris poſſideant) meti deſiderant, Sole in Leone exiſtente, Marte Occidentali, & Luna in Ariete cōmorante. Tū enim virtus Plantarum ſiccando & calefaciendo fortius agit. Semen, quia ei calor ineſt acutior & quodammodo vrens: Ideoque corporibus Puerorum (vtpote humido copioſo aſſuetis) haud ἀνάλογος ſiue proportione reſpōdens, Marte in Tauro verſante (in hoc enim Signo qualitate frigida & ſicca humo naſcentia imbuit) in vſum carpatur. PRODVCTA Pharmaceutica ex hac Planta ſunt, Ἀποφλεγματίσικον (ſed virib⁹ quam Plantæ præcedentis infirmius) Sal tenue & aquoſum, & Oleum craſſum admodum, vnctuoſum & terreſtre.

MODVS DESTILLANDI.

PARTES tenuiores eſſentiæ Spirituoſæ, ex Plantis his tribus extrahēdi, Via communiſſima & comodiſſima, modo perficitur eiuſmodi: Quo Spiritus craſſametis et fæcibus terrenis immerſi, non ſolum tenuiores & puriores euadunt: verum etiam natura ſua agreſti horridaq; depoſita (dum in ſeſe ipſos frequenter repetitis vicibus reducuntur) mitiori aſſueſcunt. Nam dum motu aſſiduo circumgyrati in ſeſe ipſos reſultant, cruditatem et craſſitiem omnem ſubſtantiæ ſuæ exuunt, & quicquid adſtrictionis mordacis habent deponunt: vimq; longe nobiliorem & ſalubriorem acquirunt. Etenim quoq; ſitis ille ignis naturalis, humoribus nunquam non indefatigabilis, aquoſitatem naturam aluminoſam reſipientem & vſibus medicis ineptam, paulatim exhaurit: Ita, vt Subtilitates attenuatione aſſidua, non ſolum ab ea depurentur, verum etiam virtus latius diffuſa, ad centrum propinquius contracta vniatur: & tenuior nec non potentior, atq; etiam vſu inſuper gratior reddatur. Quapropter modum Deſtillationis huiuſmodi, Pelicano putauimus adumbrandum. Fæces enim in ventrem A conducuntur: & virtus Spiritalis & animalis, per collum roſtrumq; in pectus apertum, ſupra fæces regeritur: ac Traductione tali, ſecundum, tertium, immo & quartum iterata, in vſum medicum corporis ægri tamen potius, quam delitias voluptatibus dediti (ſumentibus enim Extractum hoc minus gratum eſt) paratur.

ENEPΓEÍA, EFFICACIA, ATQVE VSVS SESELI SOBOLIS, doctrina Paracelſica, animalis, ſubſtantialis, atque elementalis, in membris corporis puerilis interioribus.

Ἀποφλεγματίσικον